

JEAN XXII : la bulle "QUIA IN FUTURORUM"

(Boniface VIII liber sextus decretalium, 1585, p. 79-83)

Quia in futurorum eventibus sic humani fallitur incertudo iudicii, ut quod conjectura probabili ex nunc, interdum attenta consideratio utile pollicetur, reperiri damnosum quandocunque contingat : nonnumquam quod consulte statuitur, ex sanioris inspectione iudicii consultius revocatur.

Sane felicitis recordationis Clemens Papa quintus praecessor noster attente considerans generale passagium in concilio Vienensi pro terrae sanctae subsidio salubriter ordinatum, per torneamenta et hastiludia sive juxtas non leviter impediri : tum quia frequenter sic ipsum passagii negotium prosecuturos exinaniant, quod ad eius executionem efficiuntur impotentes : tum quia interdum quamplures a crucis assumptione retrahunt, dum ab illis abstinere (aliis ea exercentibus) embescunt : torneamenta ipsa et hastiludia sive juxtas in regnis Franciae, Angliae et Alemaniae et aliis nonnullis provinciis, in quibus ea consueverunt frequentius exerceri, specialiter interdixit : in facientium ea vel ad id eis praestantium apem consilium, vel consensum, et illorum etiam, in quorum locis, vel districtibus fierent non prohibentium hoc cum possent et illorum procedentes ad illa in domibus suis recipientium, vel commercium quomodolibet exercentium cum eisdem, in personas, excommunicationis, et in terras, interdicti sententias promulgando, absolute ab excommunicatione huiusmodi praeterquam in mortis articulo sedi apostolicae reservata. Verum quoniam (ut intelleximus) per sententiam huiusmodi periculum

animabus ingeritur, et pro eo maxime negotio dicti passagii derogatur :
quia nonnulli militari cingulo abstinent, et quia vacare militiae
metu praesertum ipsius sententiae non praesumunt, propter quod
idoneos et voluntarios ad terrae predictae subsidium in regnis
eisdem contingit pauciores solito reperiri : Nos ad dilectum filium
nobis viri Philippi clarae memoriae regentis Franciae et Navarrae
regis, et aliorum de domo regia, necnon quamplurium magnatum et
nobilium, tam in regno Franciae quam aliunde considerantium premissa
discrimina repetitae supplicationis instantiam, sententias excommu-
nicationis et interdicti praesatas praemissorum supplicationibus
inclinati, et ducti considerationibus aliis in favorem saepefati
negotii, de fratrum nostrorum consilio revocamus : eos qui propter
exercitium torneamentorum seu hastiludiorum ipsorum huiusmodi sententias
incurrerunt absolventes ab illis, et cum eis qui sic ligati, vel in
locis propterea interdictis divina celebrarunt officia, super irre-
gularitate inde contracta auctoritate Apostolica dispensantes. Datum
Lugduni, XVI. Calend. Octobris, anno primo.